



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**De Vita & Rebus gestis P. Petri Canisii, De Societate Jesv,
Commentarii**

Sacchini, Francesco

Ingolstadii, 1616

Secunda Obedientia.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41515

reiecit, recessit ille tum quidem tacitus : sed redit paulo post, scriptamque in man' formulam tradit, & sedere iusso ad pedes abiicit se se. Versabat saepe, & cogitatione, & ore Christi vocem, Nisi efficiamini sicut paruuli non intrabitis in Regnū cælorum. Libentissimè simul cum paruulis versabatur, & eorum simplices animos cum fidei rudimentis, & salutaribus imbuebat monitis, tum Sacramento Pœnitentiæ expiabat.

*Secunda Obe.
dientia.*

Ecclesia iussis.

*Pontificibus
summis.*

Humilitatis præstantiam perpetua eius seu foror, seu filia clariorem facit Obedientia, quæ summa in omni genere fuit. Ecclesiæ Catholicae iussa sic obseruabat; ut quoniam potestas facta erat Hæreticos libros legendi solenni formula ad impugnandum, summopere caueret, ne quando eos alia mente tractaret, non modò curiositatis, sed ne discendi quidem, si quid rectum haberent. Par erat in familiari cōgressione, & vsu cum ipsis Hæreticis cautio, & duntaxat ad eorum cōuersationem, idque semper præsenti cogitatione ac studio referretur non sine morsu, atq; dolore, si quādo videretur sibi alterutra in parte minus attenus fuisse. Aduersus mandata summi Pontificis habebat se planè tanquam à Christo profecta es- sent.